1*

SERENISSIMO PRINCIPI,

JACOBO,

REGIS FRATRI UNICO,

Eboracenſium Duci, &c.

Annuum, perpetuumque pro Maſculâ Prole Votum.

LIcet *jam ſemel, non tamen ſemper me Phœbi Cortina fallet,* Sereniſsime Princeps, *Quare ut verſuum numeris, ſic temporis aſtrictum vinculis, Regiæque Celſitudini tuæ omnibus obſequii & gratitudinis debitum titulis Votum hic iterum ſuſcepi, quo tibi* Sereniſsime Princeps,

eroico Exemplari vivum ſpecimen, Auguſtiſſimo Patri
rantem ſui in Filio imaginem, craſſo quidem Penicillo
lineatam, nullo tamen adulationis fuco corruptam ad-
mbravi. Novo quidem ſcribendi genere, ut tempus
ſum, quod cætera obliterat omnia, hoc unum ſuo id eſt
damantino charactere inſcribat. Si igitur quidd ſuis An-
us hic inſculpſit notis, hoc ſuis æternum numen confirmat
ecretis, votorum ſummam obtinuero,

Regiæ Celſitudinis Tuæ,

Humillimus, Obſequentiſsimus,

Devotiſsimuſque Servus,

EDWARDUS WYBORNE.

PRO FELICI PUERPERIO

Serenis. Eboracensium Ducis,

MARIÆ FELICIS,

CHRONOGRAMMA

In Annum 1676.

MarIa EstensIs pVerI partV feLIX DICerIs.

IN REGII PRINCIPIS ORTUM,

CARMEN Chronogrammaticum.

EXpeCtate pVer, proLeſqVe DatVra MarIæ
gaVDIa feLICI, noſtrIs MatVrIVs aVrIs,
affVLge LVMen regaLe, eXI Vbere Dono
fœCVnDæ MatrIs, partV qVo LætVs oVantes
JaCobVs VIDeat BrItones, angLIqVe trIVMphIs
hInC Iter InſtItVant, hoſtILIaqVe arMa sVb VnDas
VICtores peLago trVDant: Vt neMpe ſeqVantVr
DIVItIæ, arbItrIVM pontI, paX, Cætera Largo
eXoptare DeI LVbeat qVæ MVnere, Contra
InfernIqVe MInas, DVrIqVe perICVLa fatI.
naſCere parVe pVer, DeLphIn optatVs aqVarVM
naſCere, ReX peLago Marte aDnItente fVtVrVs.

Epigramma.

TEmpora ſi fallunt, numerus ſi decipit, albis
Si ſpem deludit litera ſcripta notis.
Non tamen in vanum cedent mea vota, quot annis
Vovi perpetuâ quæ repetenda prece:
Auguſto donec Puero, *FELIX* que *MARIA*,
Atque Pater Felix, genſque beata foret.
Aurea ſic ætas, numerus ſic aureus ibit,
Quo juvet aurifluos enumerare dies.

FINIS.